2026-06-09 page 1/3

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 314.

Cod. CXXX.

Carthac: Fol: Saec 15. — A 6.12.

Sermones varii.

3 Sermons Barth. v. Regensb (consult!)

Sermones varii tam de dominicis, quam de festis, omnis argumenti nullius ordinis, ex variis plurium authorum operibus non ab una manu collecti. Primus Sermo in„cipit:" Cum appropinquasset etc: Temp „hodie incipitur." In interiori parte habetur anni nota:" Anno Domini MCCCCXIIII.

Cod. CXXXI.

Membran: Fol: Saec: 13. & 14. — A 6.13.

Petri Comestoris Historia scholastica.

Codex eleganter scriptus, qui continet Pe„tri Comeſtoris historiam ſcholaſticam, sive librorum V: et N: Testamenti hiſto„ricorum breviarium quoddam scholae usu probatum adjectis ſubinde praeter expositi„onem variis non tantum ex Josepho judaeo, et probatae fidei, sed etiam ex apocryphis, atque ethnicis ſcriptoribus. Praemiſſa Ru„brica, quae in codice noſtro haec eſt:" Pro„hemium eſt hic ſequens prologus. et diffe„rencia talis. In prologo nullam facit men„tionem ſequentis operis. in prohemio pre„libacionem sequencium cum benevolencie captacione." Incipit prologus in hunc mo„dum:" Reverendo patri et domino ſuo Guil„lelmo dei gratia Senonenſi archiepiſcopo Petr

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 315.

" Servus Xti presbyter trecensis vitam bonam,
" et exitum beatum!" Operis ipsius initium
" est: " Imperatorie Majestati!" In
fine codex mutilus est; desinit enim in
cap: 102 /: edit: Argent: 1500. Fol: / quod prae
dices; reliqua ad caput usque 124 deside
rantur.

Petrus cognomine Comestor, seu Mandu
cator /: Gallis: Mangeur: / inde dictus /: juxta
ta Trithem: cap: 380: / quod Scriptura
rum auctoritates in suis operibus crebrius
allegando quasi in ventrem memoriae man
ducaverit, Trecensis Presbyter ac Decanus
postea Cancellarius Parisiensis diem obiit
in secessu ad Canonicos S. Victoris ao 1178.
Plura de ejus operibus suppeditat Fabric:
Bibl: med: & inf: lat: T: I. pag: 404.

Cod: CXXXII.

Chartac: Fol: Saec: 14. — A 6.14.

Petri Comestor: Hist: Scholast:

Petri Comestoris historia scholastica, opus
in codice superiori descriptum, sed in aliqui
bus ab eo diversum. Deest enim prolo
gus; opus ipsum a praedicta editione quo
ad verba in multis discrepat, ita ut in
compendium videatur redactum; in fine
demum multo est auctius, additis nimirum
ex Josepho judaeo, Rhabano Mauro, et
de Sybillinis Prophetissis:
Ad calcem legitur: "Expliciunt historie
Anno Millo ccc° LXXVIII°."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 131

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27464

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)